



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnabrvngensis Ecclesiae, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniae Agrippinae, 1657

De Capellanis Regalibus, Episcopalibus, & Praepositorum; & qui non
debeant esse ejusmodi Capellani. 10

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

Officium Theſaurarii. Præfati etiam Theſaurarii ſeu Cuſtodes, quorum intereſt Eccleſiæ luminaria miniſtrare, ea ita fideliter adminiſtrant, & generaliter omnis Eccleſiaſtica ſupelleſtilis ſeu Theſauri cuſtodiam, eorum fidei atque curæ commiſſam, ita conſervent fideliter & ſolerter, quod inde non ſint reprehendiſſes; & quod pœnam Canonicaſt caſtigationis evitent.

IX. De Decanis, Scholaſticis, Cantoribus & Canoniciſ.

Officium Decanorum. **C**onſiſtente autem penes Decanos Eccleſiarum poteſtate, lege ac gubernatione Canonicaſt Diſciplinæ exercenda, iſiſ propter hoc firmiter præcipiendo injungimus, totâ inde non ſint reprehendiſſes; & quod pœnam Canonicaſt caſtigationis evitent.

Diſciplina. Conſiſtente autem penes Decanos Eccleſiarum poteſtate, lege ac gubernatione Canonicaſt Diſciplinæ exercenda, iſiſ propter hoc firmiter præcipiendo injungimus, totâ inde non ſint reprehendiſſes; & quod pœnam Canonicaſt caſtigationis evitent.

Decanos eſſe debere ſacerdotes. Præfati autem Decani, quicunque promotionis ſuæ tempore non fuerint in ſacris Ordinibus conſtituti, eos incunctanter recipiant, gradatim de Ordine ad Ordinem aſcendendo.

Item præcipimus, quod, intra tempus in Jure expreſſum, Ordinem Sacerdotalem recipiant, ſi Ordinem forte in Noſtra Diœceſi à Nobis vel aliquo alio Epifcopo contingat Noſtro nomine celebrari: nec aliquis Decanus propria autoritate, vel potius voluntate, præſumat Ordinis Sacerdotalis receptionem protrahere vel differre, niſi ſpecialiter hoc Noſtra licentia valeat obtinere.

Habitus quiſ quos deceat. Item præcipimus, quod iſiſ Decani, poſtquam Ordinem ſacerdotalem receperint, & generaliter omnes Sacerdotes, nec non Eccleſiarum Plebani, tam urbani pariter quam Rurales, Surcotia clauſa portent; quod, ſicut ab aliis ſunt in ſtatu honoris & reverentiæ differentes, ita deceat quod ab illorum habitu vel veſtitu differentes appareant, & nullum in eis, exemplo & uſu veſtium, ſignum appareat levitatis.

Officium Scholaſtici & Chori-epifcopi, Scholaſtici & Cantoribus. Et, ſicut Eccleſiarum Decanis, modo prædicto, injungimus facere, quæ ad iſos pertinent faciendâ, in ſeiſiſ pariter & ſuorum regimine ſubditorum; ita Scholaſticis Eccleſiarum, nec non Choriepiſcopis ſeu Cantoribus, quorum Officia onus ſuum, tam circa Diſciplinam, quam Chori debitum atque reſidentiam in iſiſ Eccleſiis faciendam, habere noſcuntur, injungimus, ut in hiſ omnibus ſtudent ita ſe habere, quod inde non ſint reprehendiſſes, ſed potius commendandi.

Item, ſicut Decani in Eccleſiis reſidere debere noſcuntur, ita quoque Scholaſtici & Cantores: unde & hoc eos ita præcipimus obſervare.

Item, nemo ſit Scholaſticus in duabus Eccleſiis, quarum Præpoſiti & Decani, Priores Colonienſis exiſtunt; cum de neceſſitate deinde cauſetur inconveniens, ut illarum Eccleſiarum ad minus altera, ſui defectum debiti in membro ita neceſſario, cujus quidem non eſt levis recuperatio, patiatur.

Item & illam abuſionem, in aliqua Eccleſiarum compertam, quod Decanus ſit liber à Choro, quaſi corruptelam & quaſi peſſimæ adinventionis ac fraudis modum vel ſpeciem, deteſtamur, & deteſtando præcipimus, ne quis de cætero Decanorum in ſua præſumat Eccleſia, per abuſionem hujusmodi, à ſui jugo oneris vacillare.

Item, ne Canonici Eccleſiarum, in ſolemniſtatibus & ſtationibus, ſine Choralis pelliceo vel veſte camifiali ſub ſuperpelliceo incedant in Eccleſiis conventualibus & in Choro.

Item præcipimus, ut, ſi quando Canonici per vicos Civitatis aut plateas incedant, ita decenter in habitu veſtimentorum incedant, ſicut ab antiqua eſt conſuetudine obſervatum.

X. De Capellanis Regalibus, Epifcopalibus, & Præpoſitorum; & qui non poſſint eſſe hujusmodi Capellani.

Cum in aliquibus Eccleſiis Capellani Regales, Epifcopales, ac etiam Capellani Præpoſitorum exiſtant, qualiter hi ſe habere debeant, cum nonnullos forte iſorum hoc lateat, determinandum neceſſario hoc duximus in præſenti Noſtrorum ſerie Statutorum. Capellani hujusmodi Reſidentiam in ſuis Eccleſiis, tanquam alii Fratres, faciunt, niſi illo tantum tempore, quando agunt ſuorum negotia dominorum, atque etiam ſi negotia Eccleſiæ hoc expoſcant. Et Nobis in Eccleſia majori, vel alia Noſtræ Civitatis vel Diœceſis Eccleſia (ſi ſunt ea vice præſentes,) celebrantibus, ibi debent adeſſe in Divini celebratione Officii, & adſtare. Et debent hujusmodi Capellani in ſacris eſſe Ordinibus conſtituti. Super hujusmodi Capellanos Epifcopales, erit Noſter Capellarius quaſi loco Iudicis & Magiſtri.

Ad hæc præcipimus, quod nulli Decani, nulli Scholaſtici, nulli Choriepiſcopi vel Cantores, nulli Sacerdotes Eccleſiarum, Capellani Epifcopales ullatenus aut Regales exiſtant.

XI. De Piſtrinis Eccleſiarum.

Cum vero ſint quædam Eccleſiæ, carentes Piſtrino communi, quod multum utique repro-

Priores olim dicti Prælati Colonienſis.

Decani alligati Choro.

Canonici ubi & quando qui incedendum.

Capellania qua quibus vetita.